

3953.

1345 d. 8 Juni.

Stralsund.

RÅDET i staden Anklam uppdrager åt Rådet i Stralsund och Demmin att afgöra deras tvist med Rådet i Greifswald rörande ett jordområde på Falsterbo mark. (Jfr N:o 3737).

Nyare afskrift i staden Greifswalds archiv.*)

Nos Consules ciuitatis Tanglim coram vniuersis recognoscimus et protestamur lucide per presentes, quod super dissensione, habita inter honestos viros, consules Grypeswoldenses, et nos ex parte cuiusdam spacii campi situati in Valsterbode, dicti Vittæ, **) discutiendo [o:—da] dimisimus super honestos viros Consules Stralesundenses et Consules de Demmyn et de singulis et omnibus, ortis de eadem, per presentes committimus eisdem dominis consulibus, prelibata deliberacione, ita, quod, quicquid nobis pro justo jure in hac parte dixerint et pronunciauerint, seruare debeamus pro grato perpetue et pro caro. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Sundis anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo quinto feria quarta proxime ante festum beati Barnabe Apostoli.

3954.

1345 d. 9 Juni.

Fröberga.

Väpnaren SUNE ANDERSSON gifver sin hustru, Margareta Halstensdotter, sin sätesgård Fröberga i Ulfhildskyrka (Öfver-Sela) socken på Selaön i Södermanland, i morgongåfva, med bestämning af arfsrätten till detta gods. (Jfr N:o 3956).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Suno Andrisson armiger. Salutem in domino sempiternam. Que geruntur in tempore ne ex defectu et labilitate memorie hominum, inmemoriter cum tempore transeant. poni solent linguis testium et scripti memoria perhennari. Ad perpetuam jgitur rei geste memoriam constare volo vniuersis. tam presentibus. quam futuris. me dilecte consorti mee margarete halstensdotter. ex causa et affectu debite honestatis et reuerencie quibus ipsam reuereri teneor, ac eciam honorare de iure manerium meum dictum frøberghe. parochie wluildækýrkio. in sylæ strengenensis dyoces. ad me ex successione paterna legitime deuolutum. cum suis pertinentiis quibuscumque longe vel prope positis. pro dotis tytulo. ex causa nupciarum.

*) I det s. k. Diplomatarium Gryphiswaldense, I: 461, "Copie nach der Schwarzschen Saml." Tryckt efter en afskrift meddelad af Hr v. Bibliothekarien Mag. C. G. STYFFE. Jfr Stavenhagen, Beschreibung der Stadt Anklam, pag. 216.

**) Ordet lär i handskriften vara mycket otydligt, men kan icke antagas vara annat än "Vittæ".

ciarum. plene et libere contulisse. saluis condicionibus que sequuntur. silicet. si me. ab hac luce. ipsa superstite, sine liberis. euocari contingat, supradictum manerium frøberghe. cum suis. vt premissum est, pertinenciis. eidem consorti mee margarete, cedat pleno iure, suisque heredibus, perpetuo possidendum. Si vero absque liberis. me superuiente, ipsam ab hoc seculo migrare contingat, extunc supradictum manerium. cum suis pertinenciis, ad me meosque heredes. iure successorio. absque difficultate qualibet. libere reuertatur, Si autem. habita inter nos liberorum viuencium propagine. dicta consors mea. me ab hac luce subtracto superuixerit. et post obitum meum. cum alio. forsitan matrimonium contraxerit, tunc prenominatum manerium. frøberghe cum suis pertinenciis. vt superius est expressum. liberis nostris. pro hereditate materna. cedat. perpetuis temporibus possidendum, Cum vero sepepredictam margaretam. ab hac luce migrare. et postmodum liberos nostros, forte sine prole mori. contingat, tunc prenominatum manerium. frøberghe. cum suis pertinenciis. vt prius dictum est. proximis in gradu consanguinitatis ipsius margarete consortis mee dilecte. coniunctis. et non meis, cedere debeat. perpetuis temporibus possidendum, In cuius rei testimonium. sigillum meum. vna cum sigillis. reuerendi in christo patris. domini Egisli dei gracia Episcopi arosiensis. venerabilis et religiose domine, domine abbatisse. et conuentus monasterii beate virginis. ac venerabilium. et nobilium dominorum. nicolai prepositi strengenensis. Laurencii. bobergh canonici arosiensis. Laurencii vlfson. karoli neskunungxson. Anundi Finwydhson. militum. necnon et discretorum virorum: johannis øjarsson: nicolai ragualzsson. et Laurencii dansson armigerorum. presentibus est appensum. Datum frøberghe Anno domini M. CCC, XL quinto. feria quinta proxima ante barnabe apostoli.

Et ego sigmundus tunc electus ecclesie strengnensis. non confirmatus: donacioni predictae et aliis condicionibus subscriptis. (!) interfui personaliter. et iam factus episcopus, secretum nostrum. nobis adhuc maius sigillum non habentibus presentibus apposimus in euidenciam premissorum. *)

Sigillen: N:o 1, Sune Anderssons (lilja på sned); N:o 2, Biskop Egisl's (på den praktfulla götiska byggnadens sidopelare sitta 2 sköldar, den ena med tre i trekant satta hjertformiga blad, den andra med ett lejonansigte); N:o 3, ". . . illvm. abbatisse. de Setvn . ." (en Abbedissa stående med staf och bok); N:o 5, "Secretum Episcopi Strenginensis"; N:o 7, Lars Ulfssons (3 stengaslar); N:o 8, Carl Näskonungssons (natt och dag); N:o 9, Anund Finvidssons (båt); N:o 10, Johan Ojarssons (två varghufvud på en sned-bjelke); N:o 11, Nils Rangvaldssons (svin); N:o 4, 6, 12 borta, remsorna kvar.

*) Detta Biskop Sigmunds tillägg är skrivet med annan, fastän nära liknande handstil.